

## Sancti Cyrilli

### XVII. homiliae sive epistulae paschalis

interpretatio quae vulgo Arnobii iunioris dicitur latina.

Recensuit, commentario critico instruxit, tabulam photographicam adiunxit

**Dr. Johannes Scharnagl.**

Franciscus Feu-Ardentius cum a. 1593 incommodae consulturus valetudini Spadanorum fontes acidos per Leodium peteret, in monasterio Leodiensi S. Iacobi memoriae sacro in codicem manu scriptum incidit, cuius titulus erat: *Incipit conflictus Arnobii catholici cum Serapione Aegyptio*. Cuius libri argumento valde permotus id quod voluit a monasterii praefecto impetravit, ut codex exscriberetur exscriptusque Spadium ad se mitteretur. Atque hoc usus apographo editionem principem operis adhuc ignoti, cuius auctorem esse Arnobium illum codicis titulo dictum opinatus Conflictum Arnobio iuniori, qui commentarios in psalmos scripsisset, deberi sibi persuaserat, operibus Irenaei a. 1595 Coloniae Agrippinae editis adiunxit.<sup>1)</sup> Sed quamquam ad ea quae in *Conflictus* libello defenduntur dogmata maximi est momenti epistula illa paschalis<sup>2)</sup>, quam a. 429 S. Cyrillus episcopus Alexandrinus, ut praeescriptionis codicum verbis utar, *misit per totas Aegypti partes ad excludendam sectam Nestorianam* quamque latine interpretatus operi suo inseruit *Conflictus* auctor, tamen mirum in modum hanc epistulam in editione Feu-Ardentiana frustra quaeras; licet enim l. l. p. 294 C 12 sq. legamus: *quia est prae manibus liber S. Cyrilli, recitetur. Cumque fuisse codex apertus, recitatus est titulus sic, voce quidem etc. annexa, sed epistula ipsa praetermissa verbis: Post hanc epistolam publice perfectam Conflictus textus continuatur*. Quod cum ita sit, monachum, qui codicis Leodiensis apographum confecerit, etiam epistulam transcripsisse, Feu-Ardentium autem transcriptam prelo non subiecisse suspicatur Beda Grundl.<sup>3)</sup> Ac sane quidem eam omnino iam afuisse a codice Leodiensi etiam ego vix adducor ut

<sup>1)</sup> cf. quae Feu-Ardentius editioni sua apud Migne, Patrol. lat. LIII p. 239—<sup>222</sup> typis iteratae ipse praefatus est.

<sup>2)</sup> cf. Migne, Patrol. graec. LXXVII p. 768—789.

<sup>3)</sup> cf. Tübing. theol. Quartalschr. a. 1897 p. 531 sqq.

credam; quamquam enim liber Leodiensis hodie deperditus est vel certe mihi studiosissime investiganti eum ut in lucem protraherem non contigit, tamen ceteri codices omnes, quos quidem sciam, epistulam integrum praebent ita, ut unum Leodiensem eam non exhibuisse veri speciem habeat fere nullam. Sed inde, quod Feu-Ardentius nota ad calcem addita de epistulae titulo initioque prorsus falsa refert, nescio an iure quodam non editorem, immo potius monachum librarium, qui epistulam transcribere supersederit, neglegentiae coarguamus; Feu-Ardentius certe si epistulam ante oculos habuisset, tam vanas de ea non cecinisset divinationes.

Primus epistulae textum latinum a. 1792 publici iuris fecit Placidus Braun in Notitia historico-litteraria de codd. mss. in bibl. . . . monast. O. S. B. ad SS. Udalricum et Afram Augustae extantibus II p. 131—138, qui ex codice Augustano hodie quoque exstante etiam lectiones a reliquo Conflictus contextu, qualis legebatur in Feu-Ardentii editione, discrepantes enotavit. Deinde Angelus Mai, cum eum Braunii curae fugissent, latinam epistulae interpretationem nondum typis expressam esse ratus ad fidem duorum codicum Vaticanorum<sup>1)</sup>, de quibus mox disputabimus, a. 1841 in Spicilegio Romano V p. 101 sqq. imprimendam curavit.<sup>2)</sup>

Sed cum neque ad latinam epistulae formam omnibus facile aditus pateat et mihi contigerit, ut plures melioresque quam Braun et Mai usi sunt codices praesto essent, equidem hac nova recensione eorum, qui hac materia tenentur, voluntati inservire me puto. Ad adornandam autem hanc editionem codices exhibiti sunt hi, qui omnes epistulam post Conflictus verba *recitatus est titulus sic* (Migne LIII p. 294 C 13) exhibent:

1. Barberinus (= B) n. 505, prius XI 148, olim n. 2889 insignitus, qui ex duabus partibus constat, quarum prior Conflictus textum manu saeculi IX scriptum et in quattuor libros distributum continet.<sup>3)</sup> Fol. 41<sup>b</sup> legitur: *Incipit liber sancti cyrilli alexandrinae ecclesiae episcopi quem misit per totas aegipti partes ad excludendam sectam nestorianam. Explicit liber secundus. Incipit liber tertius;* deinde pauca quaedam ad paginam explendam, quae non pertinent ad Conflictus contextum, addita sunt et fol. demum 42<sup>a</sup> repetitis verbis *Explicit liber secundus. Incipit liber tertius* (in margine addit manus alia *De sancta trinitate*) epistula cum praescriptione (*Cyrilli . . . epistula paschalis*) exstat.

<sup>1)</sup> I. l. p. 101 Mai scribit: *Quum in bibliotheca vaticana duos vidisse Arnobii junioris codices altercationis cum Serapione, alterum per vetustum saeculi XI (?), alterum vero recentem, sed ex vetustiore nescio quo exscriptum . . .*

<sup>2)</sup> iteratam apud Migne, Patrol. graec. LXXVII p. 790—800.

<sup>3)</sup> cf. Reifferscheid, Bibl. patr. lat. Ital. I p. 155 sqq.

2. Parisinus (= P) bibliothecae nationalis latinus n. 12269, olim S. Petri Corbeiensis n. 853, tum S. Germani a Pratis n. 254 notatus et saeculo IX exaratus nonnullorum quidem Conflictus, qui hic in duos tantum libros dividitur, quaternionum iacturam passus est, sed epistulam fol. 100<sup>a</sup>—111<sup>b</sup> totam complectitur.<sup>1)</sup> Textui Conflictus *Pronostica* (sic!) *Iuliani Toletani* antecedunt.

3. Augustanus (= A) saeculi IX n. 13, antea n. 213 significatus, inde a Reginaldo abbate (1012—33) in monasterio S. Udalrici Augustano O. S. B. adservatus, hodie quoque in eiusdem urbis bibliotheca cathedrali exstat idemque est, quem Braun l. l. p. 4 sq. describit, quam ob rem Mercati falsus est, qui Augustanum nunc in Carinthiae monasterio S. Paulo dedicato delitescere nuper coniecit.<sup>2)</sup> Hunc codicem, cuius fol. 58<sup>b</sup>—72<sup>b</sup> epistula exhibetur, Beda Grundl O. S. B. accurate descriptis suasque schedas humanissime ad me misit, cui viro benevolentissimo, qui etiam, cum postea de quibusdam rebus ad codicem pertinentibus haesitarem, libentissime certiorem me fecerit, item eius sodali Alberto Schwarz, qui tabulam photographicam mihi benigne tradiderit, grato devinctus sum animo.

4. Reginensis (= R) n. 238 signatus, saeculo IX vel X attribuendus, cuius priore parte Bedae tractatus in Proverbia Salomonis continetur, posteriore inde a fol. 123 Conflictus, sed tantum usque ad *praedicasse* (Migne p. 316 B 11), exhibetur, est codex ille *pervetustus saeculi XI* (?), quem Mai l. l. memorat. Epistula fol. 154<sup>b</sup>—162<sup>b</sup> exstat.

5. Vaticanus (= V) n. 6817 inscriptus, chartaceus, codex alter *ille recens*, sed *ex vetustiore nescio quo exscriptus*, esse videtur, quem Mai contulit. Est codicis Barberini apographum saeculo XVII confectum neque tamen prorsus eo carere possumus, quod emendationes manus alterius interdum dignae sunt, quae observentur. Ceterum alter quoque codex in Vaticana exstat itemque chartaceus n. 9138 saec. XVII, cuius fol. 1 scriptum est: *edatur volente Cardinale Barberino*<sup>3)</sup>, unde etiam hunc librum ad codicem Barberinum redire patet; priore vero illo libro quin Mai usus sit, mihi quidem dubium non est, quoniam etiam emendationes illae manus alterius fere semper cum Maii lectionibus concordant.

His codicibus addendi sunt duo libri manu scripti Franco-galliei, qui praeter Augustina quaedam bina ex Conflictu excerpta pari prorsus ambitu et simillima textus forma continent: Abrincensis (= F, Avranches) n. 72 notatus, saeculo XI vel XII ad-

<sup>1)</sup> cf. Steinmeyer-Sievers, Althochdeutsche Glossen IV a. 1898 p. 598.

<sup>2)</sup> cf. Theol. Revue a. 1907, 12 p. 385.

<sup>3)</sup> cf. H. Rabe, Aus Lucas Holstenius' Nachlaß, Centralbl. f. Biblioth. XII p. 446.

scribendus, et Carnotensis (=C, Chartres) n. 88 signatus, saeculo XII adtribuendus. In utroque ex epistula duae parvae particulae inveniuntur: *ergo divina quidem* p. 21, 7 — *dicit aliquis* p. 21, 26 et *ideo Christus* p. 31, 11 — *tunc enim* p. 31, 28.

Denique Conflictus, quoad scio, codice Sarisberiensi n. 61 saeculo XII scripto servatur<sup>1)</sup>, cuius libri inspiciendi facultas mihi adhuc non erat.

Hi codices<sup>2)</sup> quamquam ab uno eodemque archetypo eos originem ducere inde verisimile est, quod omnes quibusdam locis eandem praebent corruptelam, tamen in tres classes discedere videntur. Prima classis Barberino efficitur, qui omnium quos adhibui codicum longe optimus est iudicandus; multos enim locos sola eius auctoritate nisus sanare potui; praeterea ubique fere genuinas scripturae formas vel dissimilatas vel aspiratas exhibet aliquis causis praestat ceteris. Parisinum cum Augustano artiore cognitionis vinculo cohaerere conicere licet, quod in utroque Arnobii disputatio in duos tantum libros divisa est, ut omittam post verbum *praedicasse* p. 316 B 11 spatium duarum linearum in Augustano, unius et dimidiae in Parisino praescriptioni sermonis sancti Augustini ut videtur relictum esse. Reginensis quamquam saepe cum PA concordat, tamen etiam cum B cognatus est eo, quod Conflictum aequa ac Barberinus in quattuor quidem libros digestum continet, sed loco ubi secundus liber terminatur non indicato quarti libri initium non a p. 301 A 4 *Arnobius servus*, sed a p. 316 B 11 *Salvator noster* constituit.

Quo facilius de interpretationis latinae pretio iustum ferri posset iudicium, graecum Cyrilli textum adieci, depromptum ex Patrologia graeca Migniana, sed interpretationis auctoritate hic illuc a me emendatum vel certe in suspicionem vocatum.

In confiendo apparatu critico cum quam maxima brevitati studerem, quaecumque vel alicuius momenti erant lectiones enotavi neque tamen a me impetrare potui, ut errores levidenses singulorum codicium omnes vel orthographiae aut interpretationis quisquilias e schedis meis transcriberem. Codicis V, quem e Barberino descriptum esse supra dixi, iis locis mentionem feci, quibus alterius manus curis criticis vocis cuiusdam corruptae medela aut certa aut probabilis inventa est, tribus tantum exceptis, quibus codicis genuinam lectionem praebui. Textum ipsum autem ita constitui, ut, ubi fieri poterat, Barberinum ut testem fidissimum

<sup>1)</sup> cf. Schenkl, Bibl. patr. lat. Britann. IV 1 p. 17.

<sup>2)</sup> Quanti quisque ex his faciendus sit quaeque rationes inter singulos intercedant, cum expositorus sim in Arnobii quem dicunt iunioris editione, quam iussu Academiae litterarum Vindobonensis praeparo, hic de ea re paucis agere satis habeo.

secutus etiam in rebus orthographicis ab huius libri auctoritate nisi coactus non recederem.

Iam vero antequam ad rem mihi propositam adgrediar, facere non possum, quin maximas agam gratias viro doctissimo Augusto Engelbrecht, qui mihi quae est eius humanitas non modo codices praeter Augustanum conferendos curavit, sed etiam in elucubrando hoc libello indefesso labore et consilio et opera adfuit.

#### Siglorum conspectus:

*B* = *codex Barberinus* 505 saec. *IX*.

*P* = *codex Parisinus* 12269 saec. *IX*.

*A* = *codex Augustanus* 13 saec. *IX*.

*R* = *codex Reginensis* 238 saec. *IX—X*.

*V* = *codex Vaticanus* 6817 saec. *XVII*.

*F* = *codex Abrincensis* 72 saec. *XI—XII*.

*C* = *codex Carnotensis* 88 saec. *XII*.

*a. c., p. c.* = *ante correctionem, post correctionem ipsius manus primae*.

*a. r.* = *ante rasuram*.

*s. l.* = *supra lineam*.

*in mg.* = *in margine*.

*m* = *manus*.

*exp.* = *expunxit*.

*corr.* = *correxit*.

*add.* = *addit, addunt*.

*om.* = *omittit, omittunt*.

*coni.* = *coniecit*.

*cf., coll.* = *confer, collata*.

*var. lect.* = *varia lectio*.

*codd., cet.* = *codices, ceteri*.

*pr., alt., tert.* = *primum, alterum, tertium*.

*sign. superscr. transp.* = *signis superscriptis transponit*.

*fort.* = *fortasse*.

768 D α'. Οἱ τὴν εὐφυῖαν καὶ ἀπόλεκτον καὶ τοῖς θείοις συμβικίνουσαν νόμοις (Migne) ἐπησκηρύότες ζωὴν καὶ πρός γε τοῦτο διάττειν οὐκ ἀγενῶς προθυμούμενοι ὅκνου μὲν ἀμείνους εἶεν ἄν, οἷμαι, παντὸς ἀεὶ τε τὸ ἐμποδὼν ρίπτοῦντες ὡς δὲ ἀπωτάτῳ τῶν ἐν χεροῖς σπουδασμάτων τὸ πέρχεται προυργικιτάτης φροντίδος ἔξιοιν ἐγνώκασι, φαίην δὲ ἄν, ὅτι δεήσει πρὸς τοῦτο καὶ ὡς πλειστῆς οὐσῆς τῆς νουθεσίας αὐτοῖς καὶ τοῦ καταθήγειν εἰδότος εἰς ἀκμαιοτέραν σπουδὴν,

769 A καθάπερ ἀμέλει καὶ τοῖς παλαίσιν εἰωθόσι τῶν νέων τῆς τοῦ παιδιότερίου φωνῆς διανιστάντος ἀεὶ πρὸς τὸ τληπαθὲς καὶ τῆς τοῦ νικᾶν ἐφίεσθαι δόξῃς 10 μόνον οὐχὶ καὶ ἐπαναγκάζοντος. Ἀφῆγμα δὴ οὖν εἰς μέσον καὶ αὐτὸς ἐγὼ τοῦτο; τῶν ἀγαθῶν αὐχημάτων ἐφασταῖς τῇ τοῦ φάλλοντος λύρᾳ συγκεκραγώς· ἀνδριζέσθω καὶ κραταιούσθω ἡ καρδία ὑμῶν πάντες οἱ ἐλπίζοντες ἐπὶ κύριον· ὡς γὰρ αὐτός που πάλιν φησὶν δὲ θεοπέπιος Δαβὶδ, καὶ ρός τοῦ ποιῆσαι τῷ κυρίῳ. Δεῖν δὲ δὴ οἷμαι πρὸς ὑμᾶς τοὺς τῆς παρακλήσεως 15 ποιεῖσθαι λόγους ὀλίγα πεφροντικότας τοῦ μὴ ἐπαξίως δύνασθαι τι τῶν προκειμένων εἰπεῖν ἥγουν διὰ τοι τὸ τῆς τινων εὐγλωττίκις ίέναι κατόπιν, ἐννενοηρότας δὲ μᾶλλον ἐκεῖνο σοφῶς, ὡς πολὺ δὴ τι τὸ ἄμεινον, οἵς ἄν τις ἔχοι καὶ δύναται, τούς γνωρίμους ἔστιαν καὶ εἰσοικίζεσθαι τοὺς ἐπιτη-  
B βείους ἡ τὸν ἀπηγνῆ καὶ κακόδοξὸν ἀνθελέσθαι βίον αἰδοῖ τοῦ μὴ δοκεῖν τῆς 20 ἑτέρων ἡττῆσθαι φιλοτιμίας. Θαρρεῖν δέ, οἷμαι, καὶ ἑτέρως τὸν ἀγῶνα περίεστιν ἐκεῖνο διεσκευμένῳ· διαμεμνήσομαι γὰρ τοῦ πάντων κρατοῦντος θεοῦ τῷ παναρίστῳ λέγοντος Μωσεῖ· τίς ἐδωκε στόμα ἀνθρώπῳ; καὶ τίς ἐποίησε δύσκωφον καὶ κωφόν, βλέποντα καὶ τυφλόν; οὐκ ἐγὼ κύριος ὁ θεός; καὶ νῦν πορεύου καὶ ἐγὼ ἀνοίξω τὸ στόμα σου. Σκιὰ μὲν 25 οὖν καὶ τύποι τὸ ἀρχαῖον ἐκεῖνο χρησμῷδημα, καὶ εἰ λελάληται διὰ ἀγγέλων μεσολαβοῦντος Μωσέως, ἀμοιρήσει δὲ ἄν οὐ τί που τῶν ὑπὲρ αἰσθησιν ἐννοιῶν, εἰ λεπτοῖς αὐτῷ τις καταθρήσειν ὄφθαλμοις καὶ τῶν τοῦ γράμματος κατα-  
σκιασμάτων ἀλογεῖν εἰδίσμένος τὸν ἐν βάθει τε καὶ ἐσωτάτῳ κατασκέπτοιτο

13 Psalm. 30, 25      14 Psalm. 118, 126      23 Exod. 4, 11—12

*Textus graecus titulo caret*

13 interpres latinus in exemplari suo legisse videtur ἀνδριζέσθε, quod exstat etiam in LXX 18 ἐννενοηρότας scripsi ἐννοηρότας Migne

CYRILLI BEATISSIMI EPISCOPI ALEXANDRINAE URBIS  
AD TOTIUS AEGYPTI REGIONEM EPISTULA PASCHALIS.

I. Qui praeclarum atque eximiam et sacris dei legibus congruam vitam colere consuerunt et in eo summa alacritate, simul animositate versari, nullo quidem omnino torpore pigritiae detinentur, impedimenta vero semper omnia rumpentes et moras bonorum actuum incepta accuratissimo fine concludunt. Opinor tamen his admonitiones quoque esse necessarias praceptoris, quae eos ad ardentiores curam virtutis incendant, quemadmodum etiam luctatoribus vox est et hortatio necessaria monitoris instigantis ad patientiam et ad palmae cupiditatem [gloriam vincendi] paene etiam conpellentis. Hac igitur causa et ipse in medio processi studiorum bonorum sectatoribus cum psalmistae lyra consonatus: viriliter agite et confortetur cor vestrum, omnes qui speratis in domino; sicut enim ipse alibi ait divinus David, tempus est faciendi domino. Consentaneum ergo esse existimo ad vos exhortationis verba facere, ita tamen, ut parum curetis, si rebus propositis minus digne loqui videamur et si nonnullorum eloquentiam aequiperare non possimus. Atque illud magis debetis in animum sapienter inducere, multo esse rationabilius ad eas quas parare et habere possumus epulas amicos et benivolos invitare, quam inhumanam atque inhospitalem vitam sequi reverentes, ne aliorum liberalitati et divitiis inparem esse dicamus. Quamquam mihi detur etiam ex alia causa confidere illud scilicet reputanti; meminero enim dei omnipotentis dicentis ad sapientissimum Moysen: quis dedit os homini et quis fecit mutum et non audientem, videntem et non videntem? Nonne ego dominus deus? Et nunc vade et ego aperiam os tuum. Umbra quidem est quaedam et antiquum illud oraculum, et si per angelos prolatum sit intercedente Moyse, acutiores tamen hominum non subterfugiet sensus, si quis id voluerit subtilibus mentis luminibus intueri et scriptorum umbris et ambagibus praetermissis intimam consider-

*Ante praescriptionem haec verba leguntur in PAR:* Incipit liber sancti cyrilli alexandrinae ecclesiae episcopi, quem misit per totas aegypti partes ad exclaudendam sectam nestorianam; *de B cf. praefat. p. 2*

2 pasch.] add. Arnobio interprete Mai pastoralis coni. Braun 4 consueverunt P animositateque PAR 6 mores — inceptos (os ex a m 3) P 8 quoque om. P esse om. R, s.l. A 10 instigantes R, PA a.c.; add. eos PAR 11 glor. vinc. seclusit Engelbrecht; gloriamque Mai ad (ad add. in mg. m 3) gloriam P conpellentes R, Pa.c.m 2 12 medium Mai processit B 14 omnes om. AR, s.l. Pm 2 16 esse om. PAR 17 si] sed R 18 possumus B 22 liberalitatem R liberalitem A liberalitate (i.s. alt. e) P 23 ex] in PAR 24 dicentem R, Pa.c.m 3 sapient. om. A R, s.l. Pm 3 27 et ante nunc om. R 28 miraculum Pa.c.m 2 29 interc. Moyse] intercedentē se Pa.c.m 3 30 sensos B, PA a.c. 31 scripturarum PAR

С νοῦν. Προστέαχε τοίνυν ὁ νόμος καταγεράκεσθαι δεῖν τὸν τῶν ὅλων θεὸν κατὰ πολλοὺς μὲν τρόπους, προεστίθει δέ, ὅτι καὶ τρυγῶντες αὐτῷ καθιεροῦν ἀναγκαῖον· καίτοι μαρτίου δὲ ὅσαι κατὰ τὸν κόσμον αἱ τῶν ὄρνιθων ἀγέλαι, ὧν εἰσιν οἱ μὲν τὴν ἄνω πτῆσιν νόμῳ φύσεως ἐκτετιμηκότες, οἱ δὲ πρὸς τούτῳ καὶ ὑγροῖ· μέγεθος δὲ καὶ σχῆμα καὶ κάλλος οὐχ ἔν αὐτοῖς· γράφει 5 δὲ ἄλλον ἄλλως ἡ φύσις καὶ ταῖς τοῦ πεποιηκότος τέχναις εἰς εὔανθη χρωμάτων ιδέαν τὸ γένος αὐτοῖς κατευρύνεται. Είτα τί δήποτε, φάη τις ἄν, παρεὶς ὁ νόμος ἐκεῖν καὶ τὰ πάντων ἄριστα παρεδρκμὸν μόνον οὐχὶ ταῖς ἀνωτάτῳ τιμαῖς τὴν τρυγῶντα στεφανοῖ ποιεῖσθαι προστεαχώς ιερὸν αὐτὴν τῷ θεῷ

D ἀνάθημα; τί τὸ αἰνιγμα καὶ τί τὸ σοφὸν τοῦ νόμου; Ἀποδέχεται τὸν 10 λόγον ὡς Λόγου πατήρ ὁ παντὸς ἐπέκεινα νοῦ, φημὶ δὴ θεός, καὶ τὰ τῶν στρουθίων εὐστομεῖν εἰωθότα ποιεῖται δεκτὰ καὶ προτίθησι τῶν ἄλλων καίτοι πολὺ τὸ ἐπίχρι καταπλουτούντων ἔσθ' ὅτε διδάσκων ἡμᾶς αἰνιγματωδῶς, δῆτι τῶν ἄλλων ἀμείνους καὶ ιερώτατοι καὶ παρ' ἡμῖν αὐτοῖς οἱ λόγου χρεῖαν πεπιστευμένοι καὶ νουθετεῖν οἴοι τε τῶν καλλίστων εἰςγγημάτων τοὺς ἐραστάς. 15

Φέρε τοίνυν τὸν δεσποτικὸν ἀμπελῶνα τοῖς ἀπὸ τῆς θείας γραφῆς κατακηλή-  
772 A σωμεν λόγοις οὐκ ἀτρανῆ καὶ ἀσημον ἀπλῶς ἰέντες ἥγήν, ἀλλ' ἔορτάζειν ὑμᾶς ἀναπεύθοντες τοῖς καθήκουσι λογισμοῖς, ὡς ἀν εὖ ἔχοι τὸ γρῆμα δρῆτέ τε ὄρθῶς καὶ ἀνεπιπλήκτως κατά γε τὸ τῷ νομοθέτῃ δοκοῦν.

B β'. Ἐφη τοίνυν ἡμῖν ὁ θεσπέσιος Λουκᾶς ἐν ίδίαις συγγραφαῖς· 20  
ἡλθε δὲ ἡ ἡμέρα τῶν ἀζύμων, ἐν ᾧ ἔδει θύεσθαι τὸ πάσχα, καὶ ἀπέστειλε Πέτρον καὶ Ἰωάννην εἰπών· πορευεθέντες ἐτοιμάσατε ἡμῖν τὸ πάσχα, ἵνα φάγωμεν. Οἱ δὲ εἶπον αὐτῷ· ποῦ θέλεις ἐτοιμάσωμεν; Ό δὲ εἶπεν αὐτοῖς· ίδού, εἰςελθόντων ὑμῶν εἰς τὴν πόλιν ὑπαντήσει ὑμᾶς ἀνθρωπος κεράμιον ὄδατος βαστάζων· 25  
ἀκολουθήσατε αὐτῷ εἰς τὴν οἰκίαν, εἰς ἣν εἰςπορεύεται, καὶ ἐρεῖτε  
B τῷ οἰκοδεσπότῃ τῆς οἰκίας· λέγει σοι ὁ διδάσκαλος· ποῦ ἔστι τὸ κατάλυμα, ὅπου τὸ πάσχα μετὰ τῶν μαθητῶν μου φάγω; Κάκεῖνος ὑμῖν δεῖξει ἀνώγαιον μέγα ἐστρωμένον· ἐκεῖ ἐτοιμάσατε. Ἀκούεις,  
ὅπως τοῖς τῆς θεότητος ὄφθαλμοῖς, ὅποι ποτὲ ἄφει καταλύειν ὅξιον, εὗ μάλλον 30  
διερευνώμενος ἀνώγαιον ἔφη καταδειχθήσεσθαι τοῖς ἀγίοις ἀποστόλοις μέγχ  
τε καὶ ἐστρωμένον καὶ ποδηγὸν εἰς τοῦτο ποιεῖσθαι προστέαχε τὸν τῷ  
κερκίῳ κατηχθισμένον εἰκονιζόντα τε τὸ ὄδωρ τῷ τῆς ἐστίας δεσπότῃ;

2 cf. Levit. 5, 7      21 Luc. 22, 7—12

1 προστέαχε scripsi προτέαχε Migne      2 δέ addidi, om. Migne      5 τούτῳ  
scripsi (cf. p. 20, 3) τοῦτο Migne      18 δρῆτε τε] δρῆτε var. lect.; an δρῆτε τε scri-  
bendum (cf. celebretur)?

rare sententiam. Praecepit itaque lex deum omnium dominum honorare 5 et aliis quidem plurimis modis, adiebat autem necesse esse ei etiam turturem immolare, cum praesertim multi variique sint volucrum greges, quarum aliae volatus altissimos naturae lege sortitae sunt, 5 aliae in aquis conversantur; magnitudo vero et figura speciesque non una est; aliam autem alio modo natura depingit et artificio creatoris in flores varios coloresque plumarum genus avium dilatatur. Quid ergo dicamus, quamobrem lex volucribus aliis praetermissis summis honoribus maluit turturem nominare praecipiens 10 eum domino consecrandum? Quale est hoc aenigma vel quae legis prudentia? Conprobat verbum, utpote Verbi pater, deus omnipotens 6 et passerum loquaciores probabiles facit et eos aliis anteponit, quamvis et in illis gratia sit et forma nonnulla. Lex ergo nobis oblique significat, quod hi, quibus usus sit indultus eloquii et qui possint 15 bonorum operum amatoribus optima dare praecepta, sanctissimi sint, aliis etiam praestantiores. Ageigitur domini vineam sanctae scripturae fontibus inrigemus non confusum neque obscurum sonum more avium emittentes, sed ad sollemnem festivitatem vos verbis competentibus provocantes, ita ut res ipsa rite inreprehensibiliterque celebretur iuxta placitum legis.

II. Ait enim divinus Lucas in suis scripturis: venit autem dies azymorum, in qua necesse erat immolari pascha, et misit Petrum et Iohannem dicens: euntes parate nobis pascha, ut manducemus. Illi autem dixerunt: ubi vis paremus? Qui autem dixit eis: ecce introeuntibus vobis in civitatem occurret vobis homo aquae amphoram portans. Sequimini eum domum, in quam intrat, et dicetis patrifamilias domus: dicit tibi magister: ubi est devorsorium, ubi pascha cum discipulis meis manducem? Et ille vobis ostendet in 30 superioribus locum magnum stratum et ibi parate. Audis, 2 quemadmodum speculans oculis deitatis, ubinam esset dignum pascha celebrare, in superioribus locum eum dicit monstraturum sanctis apostolis magnum atque stratum et ad id ducem sequi amphorae aquae

2 turt. etiam PAR 3 sunt PAR 4 altissimus R, Pa. c. 6 aliam *scripsi* alia *codd.* alias Mai autem s. l. A 7 plurimarum A, Pa. c. 8 aliis vol. PAR 10 eam—consecrandam Mai cum V hoc in enigma P in egnigma (g exp.) R legis *scripsi* legis ista Engelbrecht lex ista *codd.* lex ista prudentia coniungunt cum conprobat? *codd.* lex istam prudentiam comprobat? Mai 12 eas aliis PR aliis eas A 14 quod] quae R hii AR 15 sunt R 16 etiam aliis R etiam et aliis A 17 inrigemus *scripsi* inrigamus *codd.* avium more PAR 21 scriptis PAR 24 ille R, Aa.c. 25 autem om. A, exp. P ait Mai 26 occurrit AR, Pa. c. m 2 27 in s. domum Pm 2 qua B 28 devors. ex devers. B divers. cet. 29 meis om. AR, s. l. Pm 2 ostendit BA, Pa. c. m 2 30 audi\* P 31 ibinam R, P a. c.

"Ιδι δὴ γοῦν ὡς δὶ' ισχνῶν ἐπὶ τὰ ἔτι μεῖψα καὶ νοητά. Καὶ εἰπερ τῷ σκοπὸς καύτον ἔχειν εἰς νοῦν ἐνοικισθέντα καὶ ἐνημισμένον καὶ συνεορτάζοντα τὸν Χριστὸν καταπλουτοῦντι τῷ τέως τὴν δὲ ὑδατος κάθαρσιν, ἀπονίζεται C τὴν ἀμαρτίαν τῆς ἔχουτοῦ ψυχῆς καὶ τῶν ἀρχαίων αἰνιγμάτων ἀποτριβέσθω τοὺς μολυσμούς. Οὕτω γάρ που θεός καὶ διὰ φωνῆς Ἡσαΐου φησί· λούσασθε δὲ καὶ καθαροὶ γένεσθε, ἀφέλετε τὰς πονηρίας ἀπὸ τῶν ψυχῶν ὑμῶν, ἀπέναντι τῶν ὁρθαλμῶν μου, παύσασθε ἀπὸ τῶν πονηριῶν ὑμῶν μάθετε καλὸν ποιεῖν, ἔκζητήσατε κρίσιν, ρύσασθε ἀδικούμενον, κρίνατε ὁρφανῷ καὶ δικαιώσατε χήραν καὶ δεῦτε καὶ διαλεχθῶμεν, λέγει κύριος, καὶ ἐὰν ὅσιν αἱ ἀμαρτίαι ὑμῶν ὡς φοινικοῦν, ὡς 10 χιόνα λευκανῶ, ἐὰν δὲ ὄσιν ὡς κόκκινον, ὡς ἔριον λευκανῶ. Χρῆγι καὶ γάρ ἔγωγέ φημι προεκθλιβεσθαι μὲν ὕπερ τῶν ἡμετέρων διανοιῶν τὸν ἐκ φαυλότητος ῥύπον, εἰσοικίζεσθαι δὲ οὕτω λοιπὸν τὴν εὐκλεῖ καὶ ἀξόληπτον D ἀφετήν, ἢς ἀν γένοιτο τὸ ισοστατοῦν οὐδὲν παρά γε τοῖς ἀρτίοις τὴν φρένα καὶ ἀποκρίνειν εἰδόσι τοῦ πεφυκότος ἀδικεῖν τὸ μὴ οὕτως ἔχον. "Οξπερ γάρ, 15 οἷμαι, πάντη τε καὶ πάντως ἀσυνύπαρκτα μὲν ἀλλήλοις ἐν ἐνὶ κατὰ ταύτων τὰ τῇ φύσει μαχόμενα — τίς γάρ κοινωνίᾳ φωτὶ πρὸς σκότος κατὰ τὸ γεγραμμένον; —, εἰ δὲ ἀναιροῦτο τὸ ἔν, θυτέρῳ δὴ πάντως ἀνήσει τὴν εἰςδρομήν, κατὰ τὸν αὐτόν, οἷμαι, τρόπον φαυλότης τε καὶ ἀφετή μαχομένην ἔχουσαι τὴν ἐν ἔργοις ποιότητα πλείστη τε ὅση δικφορᾷ διεσχινισμέναι πῶς 20  
773 A ἀν εἰς ἔνα χωρίσειν νοῦν; εἴτα τὸν εἰδεδεγμένον οὐκ ἀκαλλῆ τε καὶ ἀλλοπρόσαλλον ἀπορήνειν ἀν καὶ οἶον ἀμφοῖν ἐπισκάζοντα τοῖς ποσίν; 'Αλλ' δ γε προφήτης Ἡλίας τοῖς οὕτως ζῆν εἰωθόσιν ἐπιτιμᾷ λέγων· ἔως πότε χωλανεῖτε ἐπ' ἀμφοτέραις ταῖς ιγνύαις; 'Εξείργει δὲ καὶ ὁ νόμος τῶν τοιούτων ἡθῶν τε ἡμᾶς καὶ τρόπων τὸ ἀσυμφυές καὶ ἀσύμβατον παρατεῖσθαι 25 προετάττων αἰνιγματωδῶς. "Εφη γάρ οὕτως· οὐκ ἀροτριάσεις ἐν μόσχῳ καὶ ὄνφ. Καὶ πάλιν· οὐκ ἐνδύσῃ ἔρια καὶ λίνον ἐν τῷ αὐτῷ. "Αθρει γάρ, ὅπως ἡμᾶς πανταχῷ τὸ οἰονείπως ἀσυμμιγές καὶ οὐκ ἐν κόσμῳ συνεζευγμένον ὡς ἀκαλλές καὶ ἀνόσιον δεῖν ἔφη μιστῖν καὶ τῶν ἀνομοίων τὴν συνδρομὴν οὐκ οἶδε τιμῆν. Δεῖ δὴ οὖν ἀριστά γε βιοῦν ἥρημένους 30

5 Esai. 1, 16—18    17 II Cor. 6, 14    23 III Reg. 18, 21    26 Deuter.  
22, 10    27 ibid. 22, 11

3 *interpres* καταπλουτεῖται *pro* καταπλουτοῦντι τῷ *legisse videtur* 4 αἰνιγμάτων *vow corrupta*; *videtur fuisse* αἰτιαμάτων *vel* ἀμαρτημάτων *vel* ἀδικημάτων 6 γίγνεσθε *var. lect.* 8 ρύσατε *var. lect.* 20 *interpres* διεσχισμέναι *legisse videtur* 22 τοῖν ποδῶν *coni. Migne* 23 *interpres* ἐπειτία *et* γωλαίνετε *in suo exemplari habuisse videtur* 27 *interpres* *sine dubio cum LXX legit* οὐκ ἐνδύσῃ κιβδηλον, ἔρια καὶ λίνον κτλ.

baiulum, qui eam domino domus inferret. Intende igitur animum per subtile sensus ad maiora et sensibilia et, si cui propositum est ipsum habere in mentem Christum festivitatis auctorem, aquae primum lavatione ditescat, absterget autem omne peccatum ab sua anima et pri-  
 5 morum aboleat sordes et maculas delictorum. Ita enim et deus dicit per vocem Esiae: lavamini, mundi estote, auferte nequitias vestras ab animis vestris e conspectu oculorum meorum, desinite a malitiis vestris, discite bonum facere, inquirite iudicium, eripite iniuriam accipientem, iudicate pupillo  
 10 et iustificate viduam et venite disputemus, dicit dominus, et si fuerint peccata vestra ut phoenicum, ut nivem dealbabō, si autem ut coccum, ut lanam candidam efficiam. Ego enim existimo oportere nostris mentibus prius elui contagionem  
 15 totius pravitatis et sordis, deinde ita gloriosam atque paeclararam adhibere virtutem, qua nihil praestabilius aestimetur ab his, qui habent animi sanitatem et qui iustum ab iniusto secernere didicerunt. Etenim sicut ea, quae sunt natura repugnantia, simul in uno eodemque esse non possunt — quae enim communicatio luci ad tenebras, sicut scriptum est? — neque potest alterum subsistere,  
 20 nisi alteri dederit locum, simili modo virtus et malitia diversam habentes inter se, contrariam in factis et operibus qualitatem, longissima autem a se differentia segregatae in uno animo esse non possunt, quin eum deformem reddant et varium et tamquam utrisque pedibus claudicantem. Sed propheta quidem Helias eos,  
 25 qui ita vivere consueverant, obiurgabat dicens: quousque enim claudicatis in utroque pede? Nec non etiam lex ab huiusmodi moribus volens nos longissime submovere paecepit nobis oblique ea recusare et fugere, quae incongrua sunt et inter se convenire non possunt. Ait enim: non arabis in bove et asino et rursus:  
 30 non indueris fucato indumento ex lana et lino simul. Considera, quemadmodum ea, quae disparia sunt et apte honesteque misceri et coniungi non possunt, debere nos adfirmet odisse et coniunctionem dissimilium aspernari. Convenit enim eos, qui optime

1 baiolum *AR*, *P a. c. m* 2 intende *Mai* intellege *codd.* 2 et ad sens. *P*  
 3 mente *PAR* aquae] atque *R*, *P a. c.* 4 nitescat *Vm* 2 abluit *AR* ablueat *P*  
 6 eseiae *B* 7 animis] oculis *P* e] ex *PA* et *R* 9 in *ante* iudic. *add.*, *sed exp.* *P*  
 11 phenic. *P* phinic. *R* phinic. *B* 12 ut *ante* coccum *om.* *AR*, *s. l.* *Pm* 3 13 contagione *B* 15 quia *R*, *P a. c. m* 2 aestimatur *PAR* 17 naturae *A* nature *R*, *P a. c. m* 2  
 19 conscriptum *B* 20 cederit *A* locum *om.* *AR*, *s. l.* *Pm* 2 sic simili *A* 21 se] *add.* et  
*PA* in operibus *P* 22 longissimam *R*, *P a. c.* autem] hac *A* differentiam *R*  
 animo *om.* *P* 23 qui *A*, *P a. c. m* 3 24 quidam *B* Helias] alias *R* 25 consuerunt *PAR*  
 obiurgat *Mai* enim *om.* *B* 27 nos *om.* *PAR* submoveri *A p. c.* 28 effugere *B*  
 pervenire *R* 29 alt. non — rursus *om.* *PR* 30 non] nec *B* 31 honesteque] non est aequē *B*  
 33 enim] autem *P*

Β προαποτρίβεσθαι μέν, ως ἔφην, τοὺς ἐκ φαυλότητος ρύπους, ἀπαλλάξτεσθαι δὲ μολυσμῶν. Οὔτως ἔχοντι καὶ λελαμπρυσμένῳ πρέποι ἀν ἥδη καὶ τὸ ύψοῦ διωμάτιον ἔχειν καὶ ὥσπερ ἐν ὑπερώῳ τοῖς ἐξ ἀρετῶν αὐχήμασι συνεορτάζειν τε καὶ συναυλίεσθαι τῷ Χριστῷ, ὃς δι' ἡμᾶς ἐπτῶχευτε πλούσιος ὅν, ἵν ἥμεῖς τῇ αὐτοῦ πτωχείᾳ πλουτήσωμεν. Αὐτὸς γάρ ὑπάρχων τὸ εἶδος, ὃς χαρακτήρι τοῦ θεοῦ καὶ πατρός, ὁ οὐρανός, τὸ ἀπαύγασμα τῆς δόξης καὶ ἐξ αὐτοῦ κατὰ φύσιν γεγενημένος καὶ τῇ κατὰ πᾶν ὄντιον ισότητι διαπρέπων συνφεστηκώς τε καὶ συνατίθιος, ισοσθενής καὶ ισουργός, ισοκλεής καὶ διμόρφονος οὐχ ἀρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι Ισα θεῷ κατὰ τὸ γεγραμμένον. Καθί-  
C κετο γάρ ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς καὶ ὑπέστη κένωσιν ἐθελούσιον καὶ, ἡ φησιν 10  
ο σοφὸς Ἰωάννης, σάρξ ἐγένετο καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν καὶ ὁ πρὸ παντὸς αἰῶνος καὶ χρόνου τὴν ἐκ θεοῦ τοῦ καὶ πατρὸς ἀπότεξιν ἔχων τὴν ἐπέκεινα νοῦ καὶ λόγου παντὸς ἐπειδὴ γέγονε σάρξ καὶ ἀνθρωπίνην ἀνέτηλη γέννησιν οἰκονομικῶς καὶ ὁ χρόνου παντὸς πουητὴς καὶ τεχνίτης, ως εἰς ἀρχὰς τοῦ εἶναι παρενθεγμένος, ὅτε γέγονε καθ' ἡμᾶς, ἤκουσε τοῦ πατρὸς λέγοντος· 15  
ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε. Ἀρ' οὖν διὰ τοῦτο νομιοῦμεν αὐτὸν τὴν τοῦ προύπαρχεν τῶν ὅλων ἀπεμπολῆσαι δόξαν; Οὐδὲποτε. Περινοήσωμεν δὲ μᾶλλον ἐκεῖνο σοφῶς, ὅτι καὶ ἐν σαρκὶ γεγονότα τὸν ἴδιον οὐκ ἔξω τίθησιν ὁ πατήρ τῶν ἐνόντων αὐτῷ φυσικῶν ἀξιωμάτων, ὁμοιογεῖ δὲ πάλιν D αὐτόν, καὶ ἐν τῷ καθ' ἡμᾶς ὄρῳ τῷ σχήματι. Οὐ γάρ διὰ τοῦτο γέγονεν 20  
ἀνθρωπος ὁ μονογενής τοῦ θεοῦ λόγος, ἵνα τοῦ εἶναι θεὸς ἀποισθήσειν, ἀλλὰ ἦν δὴ μᾶλλον καὶ ἐν προειδήψει σαρκὸς τῆς ιδίας ὑπεροχῆς ἀνασώζοι τὴν δόξαν. Οὔτω γάρ ἥμεῖς τῇ αὐτοῦ πτωχείᾳ πεπλουτήκαμεν ἀνακομι-  
σθείσης ἐν αὐτῷ τῆς ἀνθρωπίνας φύσεως εἰς ἀξιωματοῦ τὸ θεοπρεπὲς καὶ θάκοις ἐνιδρυμένης τοῖς ἀπάντων ἐπέκεινα. Καίτοι γάρ ἀεὶ συνεδρεύων ως λόγος τῷ 25  
ιδίῳ πατρὶ καὶ ἐξ αὐτοῦ τε καὶ ἐν αὐτῷ κατὰ φύσιν ὑπάρχων πάλιν ἤκουε  
776 A καὶ μετὰ σαρκὸς λέγοντος· κάθισο ἐκ δεξιῶν μου, ἔως ἂν θῶ τοὺς  
ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου. Οὔτω καὶ προκυνεῖσθαι φαμεν  
αὐτὸν πρός τε ὑμῶν αὐτῶν καὶ τῶν ἀγίων ἀγγέλων οὐκ εἰς ἀνθρωπότητα  
ψιλὴν ἀσυνέτως καταβιβλίζοντες, ἐπόμενοι δὲ τῇ θείᾳ γραφῇ καὶ φύσει 30

4 cf. II Cor. 8, 9      5 cf. Hebr. 1, 13      9 Phil. 2, 6      11 Ioh. 1, 14

16 Psalm. 2, 7      27 Psalm. 109, 1

17 *interpretes περινοήσωμεν legisse videtur*      24 *interpretes ἀξιωμά τι (pro ἡ. τῷ)*  
*in suo exemplari habuisse videtur*

vitam agere proposuerunt, carere omni macula detersis, ut ante  
dixi, sordibus pravitatis, ut sic mundi effecti nitidique locum  
possint in superioribus obtinere et tamquam in altissimo caenaculo  
per merita suaee virtutis celebrare festa cum Christo, qui propter  
nos pauper factus est, cum sit dives, ut nos paupertate ipsius  
locupletemur. Nam cum sit ipse figura et forma dei patris, filius,  
lumen gloriae et ex eo vere naturaliterque progenitus et ex omni  
parte omnino par similisque, aequaevus atque coaeternus, eiusdem  
gloriae atque fastigii, non rapinam arbitratus est esse se  
aequalem deo, iuxta quod scriptum est. Descendit enim in terras  
et inanitatem subiit voluntariam et, ut ait sapientissimus Iohannes,  
caro factus est et habitavit in nobis et, qui ante omnia saecula  
generationem habebat ex patre, quam nulla mens, nulla cogitatio  
capere potest, postquam factus est caro et humanam sustinuit  
generationem dispensatorie, et artifex saeculorum et factor, non ad  
temporis quaedam productus initia hominum more, vocem tamen  
patris dicentis audivit: ego hodie genui te. Numquid ergo idcirco  
eum putabimus aeternitatis gloriam perdidisse? Minime. Illud autem  
magis sapienter intellegemus, quod etiam incarnatum filium pater  
non privet suaee dignitatis naturalibus ornamentis, confiteatur autem  
eum rursus, tametsi in habitu cernatur humano. Non enim ideo  
factus est homo unigenitum dei verbum, ut deus esse cessaret,  
sed ut in adsumptione etiam carnis propriae maiestatis gloriam  
intueremur. Sic enim et nos sumus paupertate ipsius locupletes  
effecti sublata per eum natura humana in divinam quandam digni-  
tatem et in supernis sedibus conlocata. Nam cum ipse haberet  
semper cum patre consessum et ex ipso et in ipso naturaliter esset,  
tamen etiam in carne positus audiebat patrem dicentem: sede  
ad dexteram meam, donec ponam inimicos tuos scabellum  
pedum tuorum. Ita eum confitemur tam a nobis oportere quam  
ab angelis adorari non in hominem vilem per dementiam deponentes,  
sed divinam secuti scripturam dei verbum cum conditione copulantes  
humana et mortalem divinamque naturam in unum aliquid con-

1 ante] iam A 3 possunt R, P a. c. m 2 6 figura ipse PAR 7 ex eo —  
et om. A R, in mg. m 3 P 8 similis coaequus PA similisque queus R 12 habitabit B  
inhabitavit P a. c. Ap. c. inhabitabit R quia BR, P a. c. m 2 13 habeat R,  
P a. c. m 2 14 factum B (add. in mg. caro factus) sustenuit R, P a. c. m 2 A a. c.  
15 dispensatorie Vm 2 dispensator cet. 16 tā quam P a. c. m 2 18 putabimus Pp. c. Vm 2  
putavimus cet. 19 intellegemus Engelbrecht intellegimus codd. quod] que  
R quia P 21 tamen etsi AR enim] etiam P 22 unigenitus BAR, P a. c. 24 paupertatis  
AR, P a. c. m 2 26 cum om. R, s. l. Pm 2 habere R 27 consensum BP et  
in ipso Vm 2, om. cet. 28 tam. etiam] tamquam AR, P a. c. m 3 30 pedum om. B  
confitemur Vm 2 confiteri cet. 32 condicione A 33 humanam A, P a. c.

τῇ καθ' ἡμᾶς τὸν ἐκ θεοῦ φύντα λόγον συδοῦντες εἰς ἔνωσιν καὶ εἰς ἐν τι τὸ ἔξ ἀμφοῖν ἀναπλέκοντες, ἵνα μὴ ὡς ἀνθρωπος ἀπλῶς θεοφορήσας νοοῖτο, θεός δὲ μᾶλλον ἐνηγθρωπηκώς καὶ καθ' ἔνωσιν οἰκονομικήν τὴν πρός γέ φημι τὴν ιδίαν σάρκα καὶ τὴν ἐκ τῆς ἀγίας παρθένου γέννησιν ὑποδύς. Νοηθείη γάρ ἂν ὅδε τε καὶ οὐχ ἑτέρως Χριστὸς εἰς καὶ κύριος εἰς, οὐκ εἰς ἀνθρωπον 5 ἀνὰ μέρος καὶ θεὸν ἐπιτεμόνεος μετὰ τὴν ἀρροφον συμπλοκήν, ἀλλ' εἰ καὶ Β νοοῖτο τῶν εἰς ἔντητα συνδεδραμηκότων ἡ φύσις διάφορος, εἰς οὐδὲν ἐνα παραδεχθεὶς καὶ νοούμενος. "Ωςπερ γάρ ταῖς τῶν λίθων πολυτελεστάταις αὐγαὶ τινες ἐναστράπτουσι τὰ βάθη καταλευκάνουσαι καὶ, εἰ βούλοιτο τις ἀποδιελεῖν τῷ λόγῳ τὴν σύγκρισιν, ἑτερον μέντοι καταθρήσειν αὐτὴν καθ' 10 ἐκυτὴν λίθον, ἑτερον δὲ αὖ τὸ ἐν αὐτῇ νηχόμενον φῶς, πλὴν ἐν ἔξ ἀμφοῖν νοεῖται τὸ ὑποκείμενον, καταφερεῖ δὲ πάντως ἡ τομὴ τὸν ἐπ' αὐτῇ λόγον διαστᾶται πρὸς τὸ ἀκαλλὲς τὰ πρός ἔνωσιν συνενηγμένα, οὕτω φαμὲν καὶ ἐπὶ Χριστοῦ· συνδεδραμήκασι γάρ ἀπορρήτως καὶ ὡς οὐκ ἂν ἔχοι τις ἡ νοεῖν ἡ φράσαι πρὸς ἐν τι λοιπὸν τὸ νοούμενον θεότης τε ὄμοιος καὶ ἀνθρω- 15 πότης, ἵν ἐν ταύτῳ νοοῖτο καὶ ἀνθρωπος καθ' ἡμᾶς καὶ θεός ὑπὲρ ἡμᾶς· Ο νοτῶ τε μονογενῆς καὶ πρωτότοκος καὶ γοῦν ἐξεδόθη μὲν λαγόνων τῶν παρ- 20 Σ θεντικῶν καὶ ἦν ἔτι βρέφος, ἐφρόνει δὲ τὰ θεοῦ. Καὶ μαρτυρήσει λέγων ὁ μακάριος Ἡσαΐας περὶ αὐτοῦ· διότι πρὶν ἡ γγᾶναι τὸ παιδίον ἀγαθὸν ἡ κακόν, ἀπειθεῖ πονηρίᾳ τοῦ ἐξελέσθαι τὸ ἀγαθόν. "Οσον μὲν γάρ 25 ἤκειν εἰς γε τὸν τῆς ἀνθρωπότητος λόγον, οὕπω καιρὸς ἐδίδου τῷ βρέφει τὸ δικαιρίνειν δύνασθαι τῶν πραγμάτων τὰς φύσεις, ἀλλ' ἦν, ὡς ἔφην, καὶ ἐν ἀνθρωπότητι θεός ἐφιεις μὲν φύσει τῇ καθ' ἡμᾶς τὸ διὰ τῶν ιδίων ἔρχε- σθαι νόμων, ἀνασώζων δὲ μετὰ τούτου τῆς θεότητος τὸ εἰλικρινές. Νοηθείη γάρ ἂν ὅδε τε καὶ οὐχ ἑτέρως· καὶ φύσει θεός τὸ τεχθὲν καὶ ἡ τεκοῦσα 30 παρθένος μῆτηρ ἀν λέγοιτο γενέσθαι λοιπὸν οὐ σαρκὸς καὶ αἷματος ἀπλῶς, καθάπερ ἀμέλει· καὶ ἐφ' ἡμῶν αἱ καθ' ἡμᾶς μητέρες, κυρίου δὲ μᾶλλον καὶ Δ θεοῦ τὴν καθ' ἡμᾶς δμοίωσιν ὑποδεδυκότος. "Ως γάρ δὲ θεσπέσιος γράφει Παῦλος, ἐξαπέστειλεν δὲ θεός τὸν οὐδὲν αὐτοῦ γενόμενον ἐκ γυναικός, γενόμενον ὑπὸ νόμου. Οὐ γάρ πώ φαμεν ἐν ἀνθρώπῳ γεννηθέντι διὰ 35 γυναικὸς τὸν τοῦ θεοῦ καθήκεσθαι λόγον, καθάπερ ἀμέλει τοις ἦν, ψήφῳ δὲ μᾶλλον ὄρθῃ στεφανώσωμεν τὴν Ἰωάννου φωνὴν σοφῶς τε καὶ ἀτρεκῶς εἰρηκότος· καὶ δὲ λόγος σάρξ ἐγένετο καὶ ἐσκήγωσεν ἐν

19 Esai. 7, 16 29 Galat. 4, 4 33 Ioh. 1, 14

10 ἑτέρον scripsi ἑτέρος Migne 13 συνενηγμένα correxi συνενηγμένα Migne  
20 interpres pro ἐξελέσθαι cum LXX ἐκλέξασθαι legisse videtur 31 καθιέσθαι malim  
coll. p. 16, 7 καθικομένη

ferentes ita tamen, ut non homo simpliciter theophorus intellegatur, sed magis incarnatus, qui per dispensationem copulationis corpus sibi ex virgine sancta adscivit. Hoc enim modo nec aliter intelle- 10 gatur Christus unus et dominus unus, non iam partim in deum partim 5 in hominem discernendus post arcanam illam ineffabilemque communionem, sed in unum filium accipiendus, quamvis diversa sit eorum natura, quae in eo postea concurrerunt. Quemadmodum enim 11 in gemmis et lapidibus pretiosis aurum quoddam resplendet et lumen, quod interioris naturae declarat imaginem ac, si quis vo- 10 luerit verbi causa commixtionem illam seiungere naturalem, aliud nescio quid conspiciat ipsum per se lapidem, aliud vero lumen, quod natat in lapide, una tamen atque indiscreta materies intellegitur ex duobus et divisio huiusmodi ad foeditatem dedecusque convertet ea, quae naturali unitate conexa sunt, eodem modo etiam in Christo 15 adserimus, quod coierunt arcana quadam ineffabilique ratione in unum deitas et humana conditio, ut in eodem simul et homo intellegatur iuxta nos et deus supra nos. Ac sic unigenitus et primogenitus editus est quidem ex utero virginali et erat adhuc parvulus, deum tamen et in infantia sapiebat. Testatur autem hoc 12 20 idem divinus Esaias dicens de ipso: quoniam priusquam sciat puer bonum aut malum, non credet malitia, sed eliget, quod bonum est. Quantum enim spectat ad mortalitatis rationem, secundum nostram naturam nondum ei tempus indulgebat, ut sciret et posset rerum discernere qualitatem, sed erat, ut ante dixi, deus 25 etiam in forma mortali, permittens quidem nostrae naturae per suum morem legemque procedere, reservans tamen cum ea sinceram gloriam deitatis. Sic ergo intellegatur: et natura deus, qui natus 13 est, et virgo, quae peperit, mater fuisse dicatur non earnis neque sanguinis simpliciter, qualiter etiam nostrae matres, sed dei magis 30 et domini, qui humanae formae similitudinem est dignatus induere. Nam, sicut divinus scribit Paulus, misit deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege. Non enim in homine nato ex muliere inquimus dei verbum inhabitasse, quemadmodum etiam in prophetis, sed magis vocem sanctissimi Iohannis recto suffragio coronemus 35 clare perspicueque memorantis: et verbum caro factum est et

1 ut *om.* *B* theoforus *Pp. c. m 2 Vm 2* theoferos *cet.* 3 intellegitur *Mai* 4 dom.] deus *AR, P a. c. m 2* 5 archanam *BP* 7 ea *P* eucurrerunt *A, P a. c. m 2* concurrerant *Vm 2* 9 declaret *PAR* 11 nesciat *R* volumen *AR, P a. r.* 12 lapidem *BR, P a. c.* 14 etiam *om.* *PAR* 15 cogerunt *R, P a. c.* archana *BPR* 16 condicio *A, Pp. c.* 17 sic *Mai* si *codd.* 19 in *om.* *PAR* 20 eseias *B* isaias *PAR* 21 eliget (*ex elegit*) *P m 2* eligit (*ex elegit*) *A* elegit *BR* 22 enim] autem *AR, om. P a. c. m 3* expectat *BAR, P a. c. m 3* 23 nostram *om. A* naturam *om. R, s. l. Pm 3* 31 scripsit *PAR* 33 inquimus *Pp. c.* *Vm 2* inquirimus *cet.* 35 memorantes *AR, P a. c.*

777 Α ἡμῖν. Γεγενῆσθαι δὲ σάρκα τὸν λόγον ὑποληψόμεθα σαρκός τε καὶ αἷματος  
 καὶ κεκοινωνηκότα καὶ τοῦτο παραπληρίως τοῖς οὖσιν ἐν αἵματι καὶ σαρκὶ, τοῦτ'  
 ἐστιν ἡμῖν. Καὶ εἰ γέγονε καθ' ἡμᾶς, πῶς ἦν ἀκόλουθον τὴν ἀνθρωπίνην  
 αὐτὸν ἀτιμάσαι γέννησιν; Ἐσκήνωσε γάρ ἐν ἡμῖν σαρκὶ καὶ αἵματι θεοπεπῶς  
 τε καὶ ἀρρήτως τὴν ἴδιαν φύσιν οἰονείπως ἀνακινᾶς. Αὕτη γάρ η τοῦ λόγου ὁ  
 θεότης εἰ δὴ νοοῦτο μόνη καὶ καθ' ἔκυτήν, ἀποχρῶσαν ἔχει τὴν ἐκ θεοῦ  
 πατρός γέννησιν. Καθικομένη γε μὴν οἰκονομικῶς εἰς ἔνωσιν τὴν ὡς πρὸς  
 ἡμᾶς καὶ ἀναπλεχθεῖσα σαρκὶ ἥγουν τῇ καθ' ἡμᾶς φύσει τελείως ἐχούσῃ  
 κατὰ τὸν ἴδιον λόγον, τότε δὴ, τότε δίχα μάρμου παντός καὶ ἀδικουμένη  
 παντελῶς οὐδὲν εἴς γε τὸ εἶναι τοῦθ', ὅπερ ἐστί, καὶ τὴν καθ' ἡμᾶς γέννησιν 10  
 παραδέξεται, οὐχ ὡς εἰς ἀρχὸς τοῦ εἶναι καλουμένη ποθέν — ἦν γάρ ἀεὶ καὶ  
 B ἐστι καὶ ἐσται καὶ χρόνου παντός πρεσβυτέρων ἔχει τὴν ὑπαρξίν —, ἀλλὰ  
 τοῖς τῆς ἀνθρωπότητος νόμοις διὰ τῶν ἴδιων ἔρχεσθαι λόγων ἐφιεῖσται σοφῶς.  
 Όςπερ γάρ ίδια γέγονε τοῦ ἐκ θεοῦ πατρὸς ὄντος λόγου η ἐκ τῆς ἀγίας  
 παρθένου τιμία τε καὶ πάναγος σάρξ, οὗτῷ καὶ πάντα πρέποντα τῇ σαρκὶ 15  
 δίχα μόνης ἀμαρτίας. Πρέποι δὲν μάλιστα σαρκὶ καὶ πρὸ γε τῶν ἀλλων η  
 διὰ μητρὸς ἀπότεξις. Οὐκοῦν θεότης μὲν κατὴ καθ' ἔκυτὴν εἰ ἔξω νοοῦτο  
 σαρκός, ἀμήτωρ ἐσται καὶ μάλιστα ὄρθως.

γ'. Παρενηγμένου γε μὴν εἰς μέσον ἡμῖν μυστηρίου τοῦ κατὰ Χριστὸν  
 ἔτερος ἀν γένοιτο καὶ λίγιν ισχὺς ὁ ἐπὶ τῷδε λόγος. Οἰησόμεθα γάρ ὄρθῳ 20  
 C φρονεῖν ἡρημένοι καὶ ἀπλανεστάτην ιόντες τρίβον οὐ θεότητα γυμνήν, ἐνηγ-  
 θρωπηκότα δὲ μᾶλλον καὶ ἐνωμέντα σαρκὶ τὸν ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγον ἀποτε-  
 κεῖν τὴν παρθένον παραληφθεῖσαν εἰς ὑπουργίαν τοῦ γεννῆσαι σαρκικῶς τὸν  
 ἐνωμέντα σαρκί. Θεὸς οὖν ἀρχ λοιπὸν ὁ Ἐμμανουὴλ, μήτηρ δὲ ἀν λέγοιτο  
 θεόυ καὶ η τεκοῦσα σαρκικῶς τὸν ἐν σαρκὶ δι' ἡμᾶς πεφηνότα θεόν. Καὶ τὸ 25  
 βρέφος ἦν οὐ καθ' ἡμᾶς, τοῦτ' ἐστιν οὐκ ἐν ψιλῇ καὶ μόνῃ τῇ διμοιότητι,  
 ἀλλ' ἐν ἀνθρωπότητι μὲν διὰ τὴν σάρκα, θεῖον δὲ ὡς ὑπὲρ ἡμᾶς καὶ ἔξ  
 ούρωνος. Καὶ γοῦν δὲσπέσιος Παῦλος· ὁ πρῶτος, φησίν, ἀνθρωπος ἐκ  
 γῆς χοικός, ὁ δεύτερος ἀνθρωπος ἔξ ούρωνος. καὶ μὴν ὁ μυκάριος

1 cf. Hebr. 2, 14      28 I Cor. 15, 47

7 καὶ πατρὸς *interpretes legisse videtur* cf. p. 30, 12 ἐν δεξιᾷ τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς  
 et p. 17, 15 adn. crit.; sed cf. p. 16, 22 ἐν θεοῦ πατρὸς et dei patris. 14 *etiam hic*  
 (*cf. lin. 7*) *interpretes* ἐν θεοῦ καὶ πατρὸς *legisse videtur*. 17 ἀπότεξις Migne in textu,  
 sed iam coni. ἀπότεξις

habitavit in nobis. Factum autem carnem existimabimus tunc,<sup>14</sup>  
 cum carni communicasset et sanguini similiter ut nos, qui sumus  
 in carne et sanguine. Et si factus est iuxta nos, quomodo consequens  
 erat humanam eum generationem ignominia adficere ac non potius  
<sup>5</sup> honorare? Habitavit enim in nobis cum carne et sanguine suam  
 naturam divino modo inaestimabilique ratione quasi commiscens.  
 Ipsa quidem verbi deitas si intellegatur sola ipsa per se, sufficientem  
 habet generationem ex deo et patre. Sed quoniam descendit in<sup>15</sup>  
 copulationem nostri et secum humanam naturam permiscuit omnia  
<sup>0</sup> 10 iuxta suum modum habentem perfecta, ideo sine ulla nota et dimi-  
 nutione deitatis intellegatur facta similis nostri, non ad initia  
 quaedam producta, ut esse inciperet — absit! erat enim semper  
<sup>5</sup> et est et erit et vetustiorem omni tempore tenet substantiam —,  
 sed sapienter mortalitatis legibus per sua iura procedere permittens.  
<sup>15</sup> 15 Nam sicut ipsius verbi, quod est ex deo et patre, fuit propria<sup>16</sup>  
 caro illa pura atque honorabilis, quae ex sancta virgine procreata  
 est, ita omnia, quae carni convenient, absque solo peccato caro  
 subire debuit et ante omnia, ut nasceretur ex matre. Ergo si extra  
<sup>0</sup> 20 carnem intellegatur deitas ipsa per se, erit sine matre et recte  
 quidem.

III. Sed si proferamus in medium mysterium secundum Christum, alia erit de eo ratio tenuis sane atque subtilis. Arbitramur enim, si recte sapere voluerimus et semitam sine errore calcare, non deitatem nudam, sed incarnatum et carne permixtum<sup>25</sup>  
<sup>25</sup> dei patris verbum sanctam virginem creavisse, quae electa est ad puerperium venerandum, ut carnaliter eum pareret, qui carnem est dignatus induere. Deus ergo verus Emmanuel et mater dei<sup>2</sup>  
 virgo dicatur, quae carnaliter eum peperit, qui propter nos homo factus est et infans erat non iuxta nos, hoc est non in sola nostri<sup>30</sup>  
 similitudine constitutus, sed erat in humana conditione propter carnem, divinus autem utpote supra nos et caelestis. Denique sapientissimus Paulus inquit: primus homo de terra terrenus,

